



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Praecipue causae omnis mali, tres. 22

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

ciffim confitentibus, ac Sacerdotis abfolutionem in verbo Chrifti, plena pœnitentis cordis erga Dei pietatem fiducia, recipientibus, recitanda. Ad omnes enim, Sacro adfantes, ea abfolutio refertur, ut digne tantis myfteriis valeant interefle. Quamobrem, dum hæc fiunt, non fit minifter accendendis luminaribus, aut aliis mentem avocantibus, (quæ prius facta oportuit,) intentus.

CAP. XVIII. *Cur Sacerdos in Altari miniftrum habeat.*

Ex Conc. Tolet. c. II. c. ut illud de confef. dift. I.

NEc fine magna ratione in Concilio Toletano conftitutum fuit, ut habeat quifque, canens Deo atque facrificans, poft fe vicini folaminis adjuvorem, ubi temporis, loci, five Cleri copia fuffragatur; idque propter morbos & calus diverfos qui occurrere poffunt; quo is, qui impleturus Officia accedit, fi aliquo cafu turbatus vel in terram elifus fuerit, à tergo femper habeat, qui ejus vicem & Officium intrepidus exequatur. Aliis in fuper Canonibus cavetur, ne Presbyter, nifi duobus teftibus præfentibus, celebret. Quæ decreta in quam defuetudinem abierint, in aperto eft; nimirum Presbyteris frequenter celebrantibus, talibus tantum adhibitis, qui vix ipfi refpondere, nec, quid agatur, fciant.

De Conf. dift. I. hoc quoque.

CAP. XIX. *Omnis cultus Divinus fuma cum veneratione peragendus.*

Ex cancor. Luit. fub Greg. X.

IN fuma, cultus Divinus, quem Sacerdos in domo Dei exhibet, debita cum veneratione peragendus eft, ut & Deo gratus fit, & infipientibus placitus; qui confiderantes non folum inftuat, fed & reficiat. Monet fiquidem diviniffimus Paulus, ut omnia nofta ordinate ac honefte fiant; ac acerrime increpat Corinthios, quod irreverenter convenirent in unum, ad cœnam Domini manducandam.

I Cor. I4.

I Cor. II.

CAP. XX. *De vita ac moribus Clericorum.*

Col. 3.

NVnc, de vita ac moribus, paucis videamus. De vita inftituenda, fic præcepit Paulus, nedum Clericis, fed omnibus Chriftianis: Mortificate, inquit, membra veftra quæ funt fuper terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupifcentiam malam, & avaritiam, quæ eft fimulacrorum fervitus; propter quæ venit ira Dei in filios diffidentia. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam de ore veftro, expoliantes vos veterem hominem cum actibus fuis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem fecundum imaginem ejus qui creavit illum, qui eft omnia & in omnibus Chriftus. Induite verò vos ficut electi Dei,

fancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam. Super omnia autem hæc, charitatem habete; quod eft vinculum perfectionis; & grati eſtote: verbum Chrifti habitet in vobis abundanter. In omni ſapientia docentes & commonentes voſmetipſos, in Pfalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes & pfallentes in cordibus veftris Deo. Omne quodcunque facitis, in verbo aut opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chrifti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. Non ad oculum fervientes, quaſi hominibus placentes, fed in ſimplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus. Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione. Sermo vefter ſemper in gratia fale fit conditus; ut ſciatis, quomodo oporteat vos unicuique reſpondere. Omnis autem fermo malus ex ore veftro non procedat: fed, ſi quis bonus, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei. Modeſtia veftra nota fit omnibus hominibus. De cætero, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque juſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ; hæc cogitate; & Deus pacis erit vobifcum.

Ephes. 5.

Coloff. 3.

Col. ult.

Philip. 4.

CAP. XXI. *Ob quam cauſam Clerici male audiant, ac puniantur.*

OLim Clericis, hæc Apoſtolica præcepta tenentibus, pax ſuper illos erat. Quo ergo non tantum vinea, fed & vineæ cultores facti ſunt in direptionem? Ecce (inquit Ezechiël, ad Hieruſalem verba faciens) hæc fuit iniquitas Sodomæ, fororis tuæ; ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius & filiarum ejus; & manum egeno & pauperi non porrigebant, & elevatae ſunt; & fecerunt abominationes coram me; & abſtuli eas, ſicut vidifti.

Galat. ult.

Iſa. 3.

Ezec. 16.

CAP. XXII. *Præcipua cauſa omnis mali tres.*

PRæcipua ergo cauſa omnis mali ſunt, factus, luxus, & avaritia; à quibus Clerici potiffimum male audiunt.

CAP. XXIII. *Ambitionem ac factum Clericali officio maxime repugnare.*

VT omnem ambitionis radicem Chriſtus diſcipulorum cordibus eximeret, parvulum in medio illorum ſtatuit, deque primatu certare prohibuit. Qui major (inquit) eſt in vobis, fiat ſicut junior; & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis major eſt? qui recumbit? an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Quis vero ignorat, Clericum in medio Eccleſiæ eſſe

Matt. 23.

Luca 22.